

*[Faint handwritten text on a small paper label on the spine]*

B  
19  
H,12

AB  
4/19  
16 H,12



M. W.

P. e. 2

00 1/2

2. empf. = 00

Theol. N. 14. 1105.

# Alphabetū

pie in Christo: ac pa-

cifice cum proximo, viuere vo-  
lentiū. Religiosis primum,  
posthac itē Christianis  
om̄ibus vtile & necessariū,  
diui Bonauēturę opib⁹ excerptū.





**¶** Incipit Alphabetum paruum boni  
monachi in scola dei: ordinatū  
a sancto Bonauentura  
doctore Sera-  
phico.

**¶** Vias tuas domine demonstra mihi,  
et semitas tuas edoce me. Obsecro te de-  
us meus, doce me vias bonę vitę pro sa-  
lute animę meę. Magister

**A** Lectio Prima.  
ma nesciri & pro nihilo reputari:  
hoc tibi salubri<sup>9</sup> est et vtilius, q̄ laudari  
ab hominibus.

**B** Lectio Secunda.  
eneuolus sis omnibus bonis et ma-  
lis, & nulli onerosus.

**C** Lectio tertia.  
ustodi cor tuum ab euagatione, os  
tuum ab ociosa locutione, et ceteros sen-

sus sub rigore disciplinae.

Lectio quarta.

**D**ilige solitudinem & silentiū: & inuenies quietē magnam, & conscientiam bonā. Vbi enim multitudo, ibi frequēter strepitus & magna distractio cordis.

Lectio quinta.

**E**lige paupertatem, & simplicitatem: & cū paucis sis contentus, & non facile murmurabis.

Lectio sexta.

**F**uge homines & seculi rumores: quia non potes esse satis deo & hominibus: eternis & transitorijs.

Lectio septima.

**G**ratias age deo semper: corde & ore qualitercunq; tibi succedit in grauamie & dolore. Nam deus omnia prouide dispensat in mundo; vero & recto iudicio ab eterno.

Lectio octaua.

**H**umilia te in omnibus & sub omnib<sup>9</sup>  
& inuenies gratiam ab hominibus, eris  
quoq; deo acceptus, & hominibus di  
lectus, & dyabolus fugiet citius prop  
ter humilitatis virtutem sibi valde con  
trariam.

Lectio nona.

**I**n omni opere bono habeas intenti  
onem puram ad placendum deo, qui  
Inspector est cordium, & diligit iustos  
& puros.

Lectio decima.

**R**arissimos reputa amicos & patro  
nos, qui te premunt & vituperant, si em̄  
recte sapis & consideras, lucrum inde  
acquiras, nam profunt tibi in bono, qui  
obsunt in malo.

Lectio vndecima.

**L**abore & dolore cū gemitu & fletu

acquiritur regnū dei, delicijs & honoribus perditur paradyfus.

**M** Lectio duodecima.  
agnum donum dei est pauperem esse in hoc mundo propter Christum, et infimū tenere locum. Magna superbia altū petere gradum, ad alta semper dyabolus suadet, honores ambire, fugere despectū, vt cadat ascensor eius retrorsum: cū ad breue dominatus fuerit pauperum. Minima dona permagna reputa: & eris dignus maiora accipere.

**N** Lectio xiiij.  
eminem spernas: nulli noceas: afflictio & egeno condoleas: & nunq̄, te extollas.

**D** Lectio quartadecima.  
mne tempus cum deo vtiliter expendas. Nihil enī preciosius tempore in quo promereri potes regnū dei im-



perpetuum. Omnibus quoque te amabilem; benignum; & affabilem; sine dissolutione exhibeas. Omnia bona ad laudem dei referas, & sine consilio, & deliberatione nil facias.

Lectio xv.

**P**rimo semper quere in opere tuo an deo placeat vel displiceat, nec timore, nec amore age contra conscientiam tuam. In dubijs ad scripturam & obedientiam prelati tui recurre, nec tibi ipsi nimis confide. prius disce tacere quam loqui, potiusque velis instrui quam docere. Tutius est enim velle latere quam apparere.

Lectio sextadecima.

**Q**uecunque ad te non pertinent, de his non iudices; nec te intromittas ut semper pacem habeas. Qui communia sectatur, & singularia vitat, magis diligetur & citius ad bonum finem perueniet. Qui tempester facit quod debet, letior postea erit.

Lectio xvij.

**R**euertere ad interiora cordis tui, & claude ostia oris tui, ne vagari incipias, per varia desyderia mundi consilio dyaboli. Nocent mala audita; tēptant pulchra visa; turbant illata vituperia. Recede ergo ab homine iracundo/indocto/dissoluto/& mane in silentio cū deo.

Lectio xviiij.

**S**obrius esto in victu; modestus in vestitu; prouidus in verbis; honestus in moribus; maturus in consilio; fortis in aduersis; humilis ī obprobrijs; & humilis in prosperis; gratus in beneficijs; hilaris in despectibus; paciens ī dolorib<sup>9</sup>; discretus in omnibus agendis.

Lectio xix.

**T**ime deum offendere ī minimis negligentijs et defectibus tuis. Noli presumere in bonis, nec desperare in aduersis. Timor dei facit recedere a peccato; &

solicitat in bono opere, vt bonum bene  
fiat. Totum te deo cōmitte, & quod ti-  
bi est graue, fiet cito portabile. Pax tua  
in paciencia multa.

Lectio xx.

**V**ende deo omnia cōmoda tua, & da-  
bit tibi solatia meliora, adueniente gra-  
tia in vna hora. Nemo ditior, nemo libe-  
rior eo, qui se & omnia sua deo dedit, &  
Christum amando emit, qui mundum  
cruce redemit.

Lectio xxi.

**X**p̄s sit vita tua: lectio tua: meditatio  
tua: locutio tua. Ip̄e desyderium tuum:  
lucrum tuū: tota spes tua: & merces tua  
Si aliud queris, q̄ pure deum, damnum  
patieris: laborabis & requiem non in-  
uenies.

Lectio xxij.

**V**mnos & psalmos canere monacho-  
rum est & clericorum: quibus congrau-  
dent angelorum chori laudantes deum  
iugiter in regno coelorum, Seruire carni

mors: cibus vermium: nidus demonū:  
vita peccatorū: fomes morborum: cor-  
ruptio corporum: inquinatio morum:  
perditio bonorū: acquisitio multorum  
malorum. Seruire deo, beatitudo anīæ:  
sanitas corporis: prudentia spiritus: vita  
coelestis: dulces hymnos deo cātat: qui  
in tribulatione sua semper deum laudat  
Initium & finis omnis boni religiosi:  
deum corde amare: ore laudare: & fra-  
trem suum exemplo ædificare.

**L**ectio vigesimatertia.  
Zachee frater descende de altitudine  
secularis sciētie: veni & discite in scola dei  
viam humilitatis: mansuetudinis: & pa-  
cientie: per quā possis Christo docente:  
ad eterne beatitudinis gloriam secure  
peruenire. Amen.

Conclusio.  
Scribe monache Alphabetum istud in  
corde tuo: quasi in libro vitæ: et per sin-

gulos dies chartulam tuā inspice, & bonos mores assuesce: pauca sunt verba: sed magna sunt mysteria: & perfectorum opera. Ornant exterius, & quietant interius. A contemptu & sui ipsius abnegatione incipit vita boni religiosi monachi: & proficit usque ad contemplationem dei.

¶ Finit Alphabetum paruum boni monachi in schola dei: ordinatum a sancto Bonaventura.

¶ Sequitur Alphabetum religiosorum.



¶ Incipit Alphabetum re-  
ligiosorum incipientium:  
ordinatū a sancto Bo-  
nauentura docto-  
re Seraphico.

**A**MA PAUVERTATEM  
sis vilibus contentus.  
Bonis semper actibus iugiter intentus.  
Cave multiloquū: studeas silere:  
Deum omī tempore prę oculis habere.  
Esuriem amplectere, gulam refrenādo,  
Fratrumq; conuiuia segniter sectando,  
Gaudere cū gaudētib⁹ cū flētib⁹ plorare  
Humilib⁹ cōsentiēs: maiores honorare  
In omnibus obediēs, pręlatoq; parebis,  
Karitatem insuper cū omnibus tenebis,  
Lumbos strige lubricos domini timore  
Mundās cordis oculū casto cū pudore  
Nihil seruās ppriū, nudū sequēs Christū  
Onus leue sufferēs, mūdū vincēs istum

Passū Christū recole: corde gembūdo  
Querens dei gloriā nil aliud in mundo,  
Resistendo vicijs, orando feruenter,  
Sacramentū sumere debes reuerenter.  
Tu motū mētis cōprime irā mitigando,  
Vanaq; colloquia solícite vitando,  
Xpo frui cupiens; cellam frequentabis:  
Yesum super omnia sic dulciter amabis,  
Zelo dei feruens charitatis igne,  
& in te peccantibus ignoscas benigne.

Non nomen: sed factum:  
Nō verbū: sed adiectū facit beatū.

Einis.

¶ Sequitur institutio Christianę  
vitę ex Thoma de Kempis  
deprompta.

¶ Vite Christiane cōpendiū, Religio-  
sis præcipue cōgruū, Ex Tho-  
mæ de kempis ordinis  
Regulariū scriptis,  
adiectum.

¶ Assuesce Iesum iuocare: Mariam sepe  
salutare,

¶ Cruce sancta te signare: omnes sc̄os  
honorare,

¶ Contra dæmones certare: vigilare  
& orare,

¶ Sacra verba ruminare, deo laudes  
decantare,

¶ Infimis renunciare, ad superna cor  
leuare,

¶ Extra Iesum nil amare: nihil velle,  
nil optare,

¶ In domino semper spera, age recta,  
profer vera.

¶ Coram deo te humilia, & gratiam  
inuenies,

¶ Ama pauca & simplicia, sic pacem  
multam senties,



¶ Qui modo est humilior, in caelo erit  
altior,


¶ Et qui nunc viuit strictior, in futuro  
canet lätior.

¶ Secundum merita singulorum, red-  
dentur praemia beatorum.

In regno caelorum.  
AMEN.


Lipsiae ex ædibus Valentini Schumañ  
Anno domini Millesimo quinq-  
gentesimo octauodecimo.






















46 <sup>19</sup>/<sub>12</sub>

X 1983714



Decorative calligraphic text and illustrations on the manuscript page, including a large initial 'B' and a small illustration of a figure.

